From the *Transactions* of the
Bristol and Gloucestershire Archaeological Society

# Court Roll of the Manor of Bicknor Anglicana, co. Gloucester

by J. Maclean
1886-87, Vol. 11, 269-279

© The Society and the Author(s)

# COURT ROLL OF THE MANOR OF BICKNOR ANGLICANA, Co. GLOUCESTER.

Communicated by SIR JOHN MACLEAN, F.S.A., &c.

The transcript of the following Court Roll was kindly sent to me by Mr. H. J. F. Swayne, of Wilton, co. Wilts, and is printed just as I received it, save that the contracted Latin words have been extended.

Recordes of a Court of Survey held for the lord of the mañor of English Bicknor By W^m^ Gardyner gent. stewarde there
2° die Januarii 1638

Manerium de Bicknor Anglicana } scilicet Curia Barronis una cum Curia Supervisoris Benedicti Hall Armigeri Manerii sui de Bicknor Anglicana predicti ibidem tenta Secundo die Januarii Anno Regni Domini nostri Caroli Dei gracia Anglie, Scotie, ffrancie, et Hibernie, Regis, fidei Defensoris etc. decimo quarto: Coram Willielmo Gardyner generoso senescallo ibidem.

Georgius Wyrrall, Armiger — Willielmus Godwyn
Willielmus Monmouth senior, generosus — Johannes Marshall

nomina Juratorum

| | Juratores | |
|---|---|---|
| Johannes ffisher | | Johannes Potter |
| Benedictus Jorden | | Johannes Hañys |
| Willielmus Browne | | Georgius Mason |
| Willielmus Godwyn | | Ricardus Grymes |
| Willielmus Marshall | | Willielmus Mason |
| Willielmus Croose | | Johannes Clarke |
| Thomas Mowsell | | Thomas Tench |
| Ricardus Bougham | | Jacobus Godwyn |
| Ricardus Morse | | Ricardus Machyn, generosus |
| Willielmus Yerworth | | Willielmus Monmouth, junior, generosus |
| Ricardus Wensley, generosus | | Willielmus Gardyner |

Qui Jurati et onerati per seneschallum predictum Ad Inquirendum ex parte Domini Manerii predicti de quibusdam Articulis concernentibus perambulacionem precincti bondis [*sic*] et circuitus Manerii predicti, Ac concernentibus liberorum Reddituum, Relevium ac herietum accidentibus Domino Manerii predicti, Ac debitis Domino predicto, Ac eciam concernentibus diversis aliis Consuetudinibus Manerii predicti super sacramentum suum Dicunt et presentant ut sequitur videlicet :—

iis vid p qualibet alienacione — Quod super quamlibet Alienacionem cuiuslibet terre sive Tenementi infra Manerium predictum (sive plus aut minus) Accidit Domino de Releevio Revercionis Alienacionis Duos Solidos et sex Denarios.

Herieta — Item dicunt et presentant quod accidit Domino post mortem cuiuslibet liberi Tenentis Manerii predicti qui obiit seisiti de uno Mesuagio infra Manerium predictum unum herietum secundum Consuetudinem Manerii predicti.

vnum herietum pro diversis messuagiis — Item dicunt et presentant quod si aliquis Tenens Manerii predicti plura habet Mesuagia quam unum tempore mortis sue Dominus habere debet nisi unum herietum etc.

Cottagia — Item dicunt et presentant quod unum Cottagium edificatum est super vastum Domini prope quendam locum vocatum *Colewall* in quo Johanna Jenkyn inhabitat Et unum alium Cottagium edificatum super solum Domini in Ludbrooke Inter ffabricum fferrarium Anglice *the fforge*, et molendinum ibidem : In quo Cottagio quidam Willielmus Powell, et Willielmus Prees modo Inhabitant, Et unum alium cottagium edificatum super solum Domini iuxta terras Richardi Machyn, generosi, In quo Henricus Godwyn et Perina Brace modo inhabitant.

Vasta — Item dicunt et presentant quod Vastum vocatum *Sheepstiesgrove*, et Vastum vocatum "The Comon Grove," et Terra Vasta iuxta Collewall, sunt Terræ Vastæ et solum Domini Manerii predicti, Et quod Tenentes domini

Manerii predicti habent Communem pasture ibidem Ac libertatem accipiendi Spinet̃ Anglice Tynnet[1] ibidem.

Item dicunt et presentant quod piscaria, Anglice *the ffyshing* in Rivo de Wye pertinens Domino Manerii predicti, Extendit a Rivulo currente prope pomarium sive parcellam terre heredum Henrici Dowle defuncti ex opposito loci vocati *the boxe bush* vsque ad quoddam Saxum in Rivo de Wye predicta Juxta quendam locum vocatum *the Dead Poole*, Apud vel iuxta Superiorem partem cuiusdam parcelle terre vocate *the Greate Wearefield*, Et ab inde per Rivum predictum usque ad quoddam Saxum vocatum *A Meere Stone* Juxta Ripas de Wye subtus locum vocatum *Hollowe brooke* videlicet medietem Rivi de Wye predicta.

Advocacio Item dicunt et presentant quod Advocacio Ecclesie de Bicknor predicta de Jure spectat domino Manerii predicti.

Redditus liberorum tenentium Item dicunt et presentant quod Georgius Wyrrall Armiger Tenet Tria Mesuagia, vnde unum in quo Inhabitat vocatum *Brooces* Secundum vocatum *Phillyes*,iacens iuxta Yedfords Crosse tertium vocatum *Wades* Ruinatum iacet iuxta predictum Capitale Mesuagium cum diversis terris, 8s 11d predictis Tribus Mesuagiis adiacentibus per Redditum, per annum 8s 11d. Et sectam Curie etc.

Et quod Richardus Machyn generosus Tenet unum Mesuagium vocatum *Esbach Courte* cum diversis Terris xxiijs eidem Mesuagio spectantibus per Redditum per Annum xxiijs

Et quod predictus Ricardus Machyn tenet unum alium vs Mesuagium vocatum *Worgans* cum diversis terris eidem Mesuagio spectantibus Jacentibus apud Esbach Brooke nuper in tenura Johannis Gardyner defuncti per Redditum per Annum Quinque Solidorum.

Et quod Johannes ffisher tenet unum Mesuagium vocatum *Mongeys*. Et quasdam terras eidem Mesuagio

[1] "Tynnet" is brush-wood of thorn used for repairing fences.

xij$^s$ i$^d$ spectantes nunc in tenura Thome Harflield generosi per Redditum per Annum xii$^s$ i$^d$.

Et quod predictus Johannes ffisher Tenet unum alium Mesuagium Ruinatum vocatum *Pooleway*, Jacens in
v$^s$ vi$^d$ Esbach iuxta vicum ibidem per Redditum per Annum v$^s$ vi$^d$

Et quod predictus Johannes ffisher tenet unum alium
ii$^s$ Mesuagium in Ludbrooke et quasdam terras nunc in tenura Richardi Morse per Redditum per Annum ii$^s$.

Et quod predictus Johannes ffisher tenet unum pratum
vi$^d$ vocatum *Sollers meadowe* continens per estimacionem duas acras quondam *Wallwynes* per Redditum per Annum vi$^d$

vii$^s$ Et quod Willielmus Monmouth Junior generosus Tenet unum Mesuagium in Bicknor Streete, vocatum *Awnells* Juxta Crucem In quo nunc inhabitat, cum diversi terris eidem Mesuagio spectantibus per Redditum per Annum vi$^d$.

vii$^s$ Et quod predictus Willielmus Monmouth tenet unum alium Mesuagium vocatum *Pillsons*, in Bicknor streete nunc in tenura Henrici Phellps, cum quibusdam terris, eidem Mesuagio spectantibus per Redditum per Annum vii$^s$.

ii$^d$ Et quod predictus Willielmus Monmouth tenet unam acram terre de *Churcheland* per redditum per Annum ii$^d$

iij$^s$ j$^d$ Et quod Willielmus Browne Tenet duo Mesuagia in Bicknor, unum in quo inhabitat vocatum *Ledgebrooke*, Et alter Ruinatum vocatum *Reades*, ex opposito domi Mancionalis Benedicti Jorden, cum diversis terris eisdem Messuagiis spectantibus per Redditum per Annum iij$^s$ j$^d$.

iiij$^s$ iiij$^d$ Et quod predictus Willielmus Browne tenet Triginta acras terre in Bicknor predicta, quondam terram Walteri Ely per Redditum per Annum iiij$^s$ iiij$^d$.

xviij$^{d}$ Et quod predictus Willielmus Browne tenet unam parcellam prati sive pasture vocatum *the Sinderhill* iuxta horreum predicti Willielmi per Redditum per Annum xviij$^{d}$.

ii$^{d}$ Et quod predictus Willielmus tenet duas acras de *Churcheland* per redditum per Annum ii$^{d}$.

xviij$^{d}$ Et quod predictus Willielmus tenet unum Clausum prati in Bicknor Streete iuxta horreum suum, et unam parcellam terre vocatam *Bettrice plecke* per Redditum per Annum xviij$^{d}$.

v$^{s}$ Et quod Ricardus Morse tenet unum Mesuagium in Stowfield vocatum *Millins*, quondam terram Johannis Morse patris sui et diversas terras per redditum per Annum v$^{s}$.

viij$^{s}$ Et quod Willielmus Gardyner Tenet unum Mesuagium in Esbatch vocatum *Laneshouse*, quondam *Morgans* per Redditum per Annum viij$^{s}$.

xij$^{d}$ Et quod predictus Willielmus Gardyner tenet unum Mesuagium in Esbatch vocatum *Griffits* per Redditum per Annum xii$^{d}$.

xij$^{d}$ Et quod predictus Willielmus tenet unum Mesuagium in Bicknor vocatum *Base Bullen* nunc in tenura Johannis Godwyn iuxta Crucem etc. per Redditum per Annum vij$^{d}$.

vij Et quod idem Willielmus tenet unam acram terre vocatum *Curtes' Orchard* in Esbatch per Redditum per Annum vi$^{d}$

viij$^{d}$ Et quod idem tenet duas acras de *Churcheland* per Redditum per Annum viii$^{d}$.

iiij$^{d}$ Et quod idem tenet unam parcellam terre vocatam *Hintells* apud Stowfield per Redditum per Annum iiij$^{d}$ quondam Marshalls

xv$^{s}$ ii$^{d}$ Memorandum quod Totum Redditum predicti Willielmi Gardyner pro omnibus terris et tenementis suis in Bicknor predicta in toto attingit ad Quindecim solidos

et duos denarios. Sed ubi terre particulariter iacent unde Redditum predictum exire debit, nescitur.

xij$^{s}$ Et quod Benedictus Jorden tenet unum Mesuagium in Bicknor in quo inhabitat, et quasdam terras per Redditum per Annum xij$^{s}$.

ii$^{s}$ Et quod Jacobus Godwyn tenet unum Mesuagium vocatum *Curtes*, cum quibusdam terris situatis in Esbatch. per Redditum per Annum ii$^{s}$.

iiij$^{d}$ Et quod Suzanna Dowle vidua uxor Henrici Dowle defuncti Tenet unum Mesuagium Et quasdam terras in Ludbrooke per redditum per annum iiij$^{d}$.

xij$^{d}$ Et quod Jacobus Gardyner filius Rogeri Gardyner defuncti tenet unum Mesuagium in Bicknor streete vocatum *Blackhowse* per Redditum per Annum xii$^{d}$

iiij$^{d}$ Et quod idem tenet duas acras terre nuper *Churches* per Redditum per Annum iiij$^{d}$.

ii$^{d}$ Et quod Thomas Mowsell tenet unum Cottagium et unam acram terre apud *Hillers land* per Redditum per Annum ii$^{d}$.

vi$^{d}$ Et quod idem tenet quatuor acras terre quondam parcellas de *Marshalls land* per Redditum per Annum vi$^{d}$.

xix$^{d}$ Et quod Willielmus Yerworth tenet unum Mesuagium et quasdam terras in Esbatch per Redditum per Annum xix$^{d}$.

xvi$^{d}$ Et quod Johannes Williams tenet unum Mesuagium in Ludbrooke quondam *Hides*, nunc in tenura Johannis Long, et unam parcellam terre per Redditum per Annum xvi$^{d}$.

iiij$^{s}$ ii$^{d}$ Et quod Willielmus Marshall tenet unum Mesuagium vocatum *Cowleys* in quo inhabitat, et quasdam terras quondam parcellam Tenementorum Henrici Marshall decessi per Redditum per Annum iii$^{s}$ ii$^{d}$.

x$^{d}$ Et quod Phillipus Marshall tenet duas parcellas terre vocatas *the Upper field* and *Lyme pit grove*, nuper parcellas de *Marshalls lands* per Redditum per Annum x$^{d}$.

ii$^{s}$ Et quod Thomas Batchler tenet unum Mesuagium in Bicknor streete in quo inhabitat, nuper Henrici Marshall, per Redditum per Annum ii$^{s}$.

vi$^{d}$ Et quod Willielmus Croose tenet unum Tenementum in quo inhabitat, et parcellam terre nuper *Marshalls* per Redditum per Annum vi$^{d}$.

xii$^{d}$ Et quod [blank] Butler tenet quasdam terras vocatas *Cleypits*, nuper *Marshalls* per Redditum per Annum xii$^{d}$.

iiii$^{d}$ Et quod Ricardus Boughan tenet duas parcellas terre in Whorkmorefield nuper *Marshalls* per Redditum per Annum iiii$^{d}$.

vii$^{s}$ iiij$^{d}$ Et quod Anna Jorden vidua nuper uxor Edmondi Jorden senioris decessi Tenet duo Mesuagia in Bicknor unum in quo inhabitat per Redditum iiij$^{s}$ ij$^{d}$ Alterum ex opposito predicti Messuagii cum diversis terris per Redditum per Annum iij$^{s}$ ij$^{d}$. In toto vij$^{s}$ iiij$^{d}$.

Nota Nota, unde Jana Beeche solvit x$^{d}$ pro parcella premissorum apud *Hillers land.* Ricardus Bougham solvit pro domo suo Mancionale viij$^{d}$ et Johannes Heyward pro uno Cottagio apud *Hillers land* vi$^{d}$.

xvi$^{d}$ Georgius Godwyn tenet unum Mesuagium vocatum *Huntleys*, iacens apud *Yedfords lane* et quasdam terras per Redditum per Annum xvi$^{d}$.

xviij$^{s}$ v$^{d}$ Elianora Gardyner vidua tenet unum Messuagium vocatum *Skyuide*, et quasdem terras in Bicknor predicta Ac triginta acras de *Churche lande*, et alias terras per
Nota Redditum per Annum xviij$^{s}$ v$^{d}$. Unde Ricardus Gardyner de Civitate de Bristoll solvere debet iiij$^{s}$ vi$^{d}$ pro messuagio et terra vocata *Churchehouse* in Bicknor streete.

xv$^{s}$ iiij$^{d}$ Et quod heredes Johannis Gardyner de Ludbrooke tenent duo messuagia ibidem, unum in Ludbrooke streete vocatum *Bractons*, alterum vocatum *Shepcot place* juxta horreum nuper predicti Johannis per viam ducentem a Ludbrooke versus Esbatch, et quasdam terras ibidem,

et unam aliam parcellam terre vocatam *Lovelyns*, et unam parcellam terre continentem unam acram nuper *Whites*, et quondam *Wallwynes* nunc aqua Cooperta apud le *lowest fforge*, et quasdam terras nuper Ryvesland per Redditum per Annum in toto xv$^{s}$ iiij$^{d}$

xvij$^{s}$ Et quod heredes Thome Yerworth de Esbatch decessi tenent Tria Mesuagia in Esbatch et diversas terras etc unde unum est Capitale Messuagium in quo predictus Thomas nuper inhabitabat, alterum existens Messuagium Ruinatum vocatur [*sic*] *Mongeys*, Jacens in Clauso vocato *the Welles*, Et Tertium Ruinatum vocatum *Jesse Mese* iacens iuxta Crucem in Esbatch per Redditum per Annum xvii$^{s}$.

*vi$^{d}$ of this is abated for land w$^{ch}$ M$^{r}$ Hall bought.*

x$^{d}$ Iidem tenebant Decem acras quondam *Wallwynes* per Redditum per Annum xx$^{d}$ unde Dominus perquisivit quinque acras ideo Redditus mittigatur ad x$^{d}$.

iij$^{d}$ Et quod Ricardus Tyrrel tenet unam parcellam terre vocatam *Withingalls* nuper *Yerworths* continentem per estimacionem duas acras per Redditum per Annum iij$^{d}$. Juratores dicunt quod Dominus perquisivit unum Messuagium et quasdam terras apud Stowfield quondam tenementum Walteri Nurse, unde Redditus fuit xvi$^{s}$ iiij$^{d}$ Ideo Redditus extinctus est.

iiij$^{s}$ Et quod Willielmus Carpender generosus Tenet unum Messuagium et diversas terras in Stowfield per Redditum per Annum iiij$^{s}$.

viij$^{d}$ Et quod idem tenet tres parcellas terre in Stowfield nuper *Yewsland* per redditum per Annum viii$^{d}$.

iiij$^{d}$ Et quod idem tenet duas acras terre in Stowfield nuper terram Willielmi Stevens decessi quondam *Wallwyns land* iacentem iuxta *Popes meadow* per Redditum iiij$^{d}$.

v$^{d}$ Et quod Willielmus Monmouth generosus tenet quasdam terras vocatas *Collam meadow* et *Collam field* per Redditum per annum v$^{d}$.

WHITE CLEEVE.

vs viijd Et quod Arthurus Ricketes tenet quasdam terras in parochia de Newland per Annualum Redditum vs viijd ad festum Sancti Michaelis Archangeli tantum, Et non facere Sectum Curie.

viijd Et quod Jacobus Jorden et Robertus Jorden Tenebant Certas terras ibidem per Annualem Redditum viijd ad festum predictum Tantum, et non facere sectam Curie. Beñ Hall Armiger Dominus Manerii predicti tenet terram ibidem per Redditum xiid, modo extinctum et etiam perquisivit certas terras ibidem nuper Roberti Yersley, Et quod predictus Robertus et Dorothea Marsh vidua decessi solvere deberent pro terris ibidem nuper *Bells land* et *Morralls land* iiijs Sed non facere sectam Curie. Quere de purparte quam predicta Dorothea tenuit quis modo tenet et quo modo.

Redditus exeuntes e Manerio predicto scilicet:—

Ballivus Manerii predicti solvit annuatim Domino Regi ad Castrum de Sancto Briavello xvs

pro Molendino in Ludbrooke iijs iiijd Abathie de ffaxley, vjs viijd

Summa exeunta xxvs. per Wm Gardyner Senescallum ibidem Et quoad perambulacionem precincti et Circuitus, ac Bondis Manerii predicti Juratores predicti veredictum suum Reddunt in his Anglicanis verbis sequentibus scilicet:—

Manerium de Bicknor Anglicana in Com. Glouc. The Presentment of the jurie made at the Court Barron and Survey of Benedict Hall Esquire Lord of the seyd Mannor, the Twentie Eighth daie of ffebuarie in the fowertenth yeare of the Reigne of our Most Gracious Soveraigne Lord Charles by the Grace of God, King of England Scotland ffrance and Ireland Defender of the ffayth &c., before William Gardyner gent. Steward there.

Herriotte Imprimis—Wee doe present and finde one herriott to be due unto the Lord of the sayd Mannor upon the death of everie free Tenant dyeing seized of a messuage accord-

ing to the Custome of the said Mannor. Item. Wee present and finde that if any free Tenant have more Mesuages than one We fiynde but one heriott due for all.

Alyenacōns. Item We present and finde that upon everie alienacōn of Mesuages or lands soe alienated being according to the Custome of the seyd Mannor, $iij^{s}$ $vi^{d}$ to be payd to the Lord of the Mannor by the purchaser.

Cottages. Item—Wee present and finde standing & being built on the Lords waste one cottage wherein Johan Jenkin liveth neere unto a place called Coldwall, and one Cottage in Ludbrooke where William Powell and William Prees liveth lyeing betweene the fforge and the mill, One cottage wherein liveth Henry Godwyn and Perin Brace neere unto the land of Richard Machyn, gent.

Boundes. Item—Wee doe present and finde the Boundes of the Mannor and parish to be according to the same delivered into the courte.

Rents and Services. Item.—Wee doe present and finde as it is expressed in Court concerning the rents and services.

Commons and Wastes. Item.—Wee doe present and finde Shepsties Grove and the Common Grove neere unto Coldwall To be the waste land and Soyle of the Lord of this Mannor; and that the Lords' Tenants have liberty of Common therein for Tynnet &$^{c}$.

ffishing. Item.—Wee doe present and finde that the ffishinge of the River of Wye Doeth extend from the Brooke that runneth neere unto an orcharde or plott of grounde of the heires of Henry Dowle deceased, over against the Boxebush Downe to a long Stone in the River of Wye above Dead poole, att the upper end of a piece of land called *the greate Wearefield*, and from thence downe the sayd River to a Meere Stone att Wyeside below Hallow Brooke, the one halfe of the water along.

Incroachments. Item for Incroachments.

Advowson. Item Wee fynde the Advowson of the Church to be belonging to the Lord of the Mannor.

Copia vera Examinat per me William Browne, decimo septimo die Novembris Anno Dñi 1652 et Concordat cum originali.